

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Homiliarius (Lectionarius) - Cod. Aug. perg. 16

[S.l.], [11. Jh.]

Fulgentius archiepiscopus: sermo de natale domini

[urn:nbn:de:bsz:31-6697](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-6697)

Iuident simplicioribus animis
 de quorundam pestifera per-
 suasione. quibus hic dies sollem-
 nitatis nostrae. non tam de natiui-
 tate christi. quam de noui ut dicuntur
 solis ortu. uidetur honorabilis.
 Quorum corda uastis tenebris
 obuoluta. et ab omni incre-
 mento uerae lucis aliena sunt.

Trahuntur enim adhuc stultissi-
 mis gentilitatis erroribus. &
 ministria mundi luminaria di-
 uino honore uenerantur.

Quae etsi mirandam habent pul-
 critudinem. adorandam tamen
 non habent deitatem. Illa er-
 go uirtus. illa sapientia. illa
 est adoranda sola maiestas.

Tu autem qui uniuersitatem mundi cre-
 auit ex nihilo. et in quas uolu-
 it formas. atque mensuras. ter-
 renam caelestemque substantiam
 omnipotenti ratione produxit.

Sol luna. et sidera sint commoda

utentibus. sint speciosa cernentibus.
 sed ita ut de illis gratiae refe-
 rantur auctori. & adoretur deus
 qui haec condidit. non creatu-
 ra quae seruit. Laudate igitur
 dominum dilectissimi in omnibus
 operibus eius. atque iudicis.

Sit in uobis indubitata creduli-
 tas uirgineae integritatis.
 et partus reformationis huma-
 nae sacrum diuinumque mysterium.
 sancto atque sincero. honora-
 te seruitio. Amplectimini
 christum in nostra carne nascentem.
 ut eum uidere mereamini deum
 gloriae in sua maiestate re-
 gnantem cum deo patre & spiritu
 sancto amen.



**SERMO BE-
 ATI PULCEN-
 TI ARCHIEPI-
 SCOPAE NATALIS ONI-
 UPIENTES**

aliquid de huius diei
 sollemnitate narrare. simulque

III. Tu autem deus. qui hominem perditum. tuo per carnem aduentu reparare
 dignatus es. miserere nobis.

considerantes illud unum
uerbum de quo dicere uolu-
mus. nulla inuenimus uerba
quib. sufficienter aliquid di-
cere ualeamus. Est enim
hoc uerbum. non quod desi-
nit prolatum. sed quod per-
manet natum. Non transito-
rium. sed aeternum. Non fa-
ctum a dō patre. sed genitum.
Nec solum genitum. sed etiā
unigenitum. Unum quippe
uerbum. dī pater genuit de se
ipso. per quem omnia creauit
ex nihilo. In principio enim
erat uerbum. et uerbum erat
apud dīm. et dī erat uerbum.
hoc erat in principio apud dīm.
Omnia per ipsum facta sunt. &
sine ipso factum est nihil.
In hoc autem quod per illud
uerbum dī pater omnia fecit.
ostenditur. quia hoc uerbum
genuit ipse. non fecit. Illud

igitur uerbum. de dō. dī est.
de creatore. creator est.
Unde hoc in se naturaliter habet
esse quod pater est. Natus
est itaq. de patre dō. filius dī.
Alter in persona. non alius in
natura. Semper apud patre
semper cum patre. semper
de patre. semper in patre.
Semper apud patrem. cū quo
illi una ē naturalis immensitas.
Semper cum patre. Cum quo
illi una ē naturalis aeternitas.
Semper de patre. de quo illi est
naturaliter aeterna natiuitas.
Semper in patre. cum quo illi ē
una naturaliter aequalisq. diui-
nitas. Et alter quidem ille
quod pater est. alter ille quod
filius est. neuter tamen alter
dī. quia pater & filius unus
est dī. Qua propter. quando
de patre dō et filio dō. nascitur
sermo. digne dicimus alterū

esse patrem. et alterum filium.
 & nihilominus digne dicimus
 unum dñm esse patrem. et filium.
 Cum enim dicimus alterum esse
 patrem. alterum filium. discre-
 tas personas. genitoris geniti-
 que monstramus. Cum uero
 dicimus unum dñm esse patrem
 & filium. ipsam unam natura
 indiscretae diuinitatis ostendi-
 mus. Altera est enim persona
 genitoris et geniti. sed una est
 natura genitoris & geniti.
 Quando uero sufficienter aut
 digne loqui poterit quis de
 quo. homo de dō. mortalis de
 immortalis. uisibilis de inuisi-
 bili. mutabilis de incommu-
 tabili. Opus de opifice. De
 creatore creatura. de factore
 factura. paruus de immenso.
 temporalis de aeterno. humi-
 lis de altissimo. plasmatus
 ex limo. de illo qui omnia

creauit ex nihilo. Cuius est
 inenarrabilis omnipotentia.
 qua nos gratuita bonitate
 fecit. Nec minus tamen in-
 narrabilis gratia. qua nos
 omnipotentissima miserati-
 one saluauit. Qui et opus
 creatricis omnipotentiae
 gratis fecit. & opus gratiae
 saluatricis omnipotenter
 impleuit. Illic habens pote-
 statem condendi et regendi
 creaturam suam. hic habens
 potestatem. ponendi & su-
 mend^{pro nobis} animam suam. Om-
 nipotentiam uero nunc dici-
 mus. qua uerbum quod in
 principio erat. & apud dñm
 erat. & dñs erat. fecit omne
 quod non erat. Gratiam
 uero qua uerbum caro fa-
 ctum. uenit quaerere &
 saluum facere quod perie-
 rat. Omnipotentiam.

.v. **T**u autē dñs. qui per intactae uirginis uterum nascendo. ad nos redi-
 mendos uenire dignatus es. miserere nobis.

qua fecit omnem diem
Gratiam. qua certo die conce-
pi. et certo die dignatus est
nasci. Idem igitur minora
tus paulominus ab angelis.
Indie factus est hominum.
qui coaeternus & aequalis do-
patri. dies sanctorum. semper
est angelorum. De ipso quip-
pe propheta dicit. Bene-
nuntiate diem de die saluta-
re eius. Quid est diem de die.
nisi filium de patre. Est enim
de patre filius. de die dies. sed
tamen pater & filius. non duo
dies. sed unus est dies. Est de
patre filius. de do de. pater
tamen & filius. non duo di-
sed unus est de. Unus igitur
dies aeternitatis. simul pater
& filius a nobis agnoscitur.
Indie autem temporis. solus
filius inuenitur. Dies enim
aeternus. pater & filius. nrm

corpus et animam fecit.
Indie uero temporis. solus fili-
us nrm corpus animamq. sus-
cepit. Xpc dies aeternus. uni-
genitus in forma di manens.
Xpc indie temporis. unigenitus
formam serui accipiens.
Xpc dies aeternus. diues perma-
nens ut conderet nos.
Xpc indie temporis. pauper
factus. ut redimeret nos.
Dies aeternus. xpc de deo patre.
Xpc indie temporis. de homo
de uirgine matre.
Xpc dies aeternus. uerbum
eructuatum de corde patris.
Xpc indie temporis. uerbum ca-
ro factum de utero uirginis matris.
Xpc dies aeternus. de uerus de deo uero.
Xpc indie temporis. sponsus
procedens de thalamo suo.
Dies aeternitatis xpc. angelos
creans. Dies in tempore xpc.
homines saluans.

Dies aeternitatis xpc. in caelo
 scos angelos pascens. dies tem
 poris xpc. homines in terra
 reficiens. Ut enim panem
 angelorum manducaret
 homo. creator angelorum
 factus est homo. Utrosque
 pascens. et integer pmanens.

Quam bonus panis qui et ange
 los pascit per speciem. ut de
 ipso satientur in patria. &
 nos pascit per fidem. Ne de
 ficiamus in uia. Ille panis
 qui se ipsum dat angelis ad
 gaudium stabilitatis. seipsum
 dedit hominibus. ad remedi
 um sanitatis. Et qui est an
 gelorum aeterna. nobis factus
 est medicina. Verumtamen. **U**
 hic dilectissimi fratres. atten
 dite magnitudinem gratiae.
 et agnoscite. quid ds homini
 dignatus est praerogare.

Xpc enim di filius. de uerodo.

ds uerus. et unus cum patre
 naturaliter ds. semper ex se ipso
 scos angelos pascit. sed tamen
 angelicam naturam. di filius
 non accepit. Ut autem suam
 caritatem ds commendare
 in nobis. filius eius naturam
 nrām suscepit ex nobis.

Et ds unigenitus. qui panis est
 angelorum. ut etiam homi
 ni se ipsum faceret panem.
 simul hominis & animam sus
 cepit et carnem. Accepit utraq.
 ueram. utramq. scām. utraq.
 mundam. Accepit animam
 nrām. sine iniquitate. accepit
 carnem nrām. cum mortalitate.
 Accepit animam iustam. per qua
 nrīs animabus iusticiam red
 deret. Carnem uero propter
 ea dignatus est habere mor
 talem. ut secundum ipsam
 moriens. mortem uinceret.
 secundum ipsam & iam resur

geret. perquam nra quoq.
corpora suscitaret. Magnū
mysterium dilectissimi fr̄s.
magnum diuinae dilectionis
iudicium. homo dñm contem
nens. ad dō discessit. Dñs homi
nem diligens. ad homines ue
nit. Dilexit impium. ut face
ret iustum. Dilexit infirmū.
ut faceret sanum. Dilexit
peruersum. ut faceret rectū.
Dilexit mortuum. ut faceret ui
uum. Et quid amplius di
cam. quando quidem dñs uni
genitus. humanam naturam
tantum dilexit. ut eam non
solum a potestate mali ange
li liberaret. Uerum etia in se
ipso. super omnes bonos an
gelos. in patris dextera collo
casset. Natura enim quae in
primo homine. a malo angelo.
captiuata fuerat. Ipsa nunc
in secundo homine. super

omnes bonos angelos regnat.
Natura quae in primo homine.
mundum peccato polluit.
Ipsa in secundo homine. mun
dum a peccato mundauit.
Primus homo de terra terrenus.
secundus homo. de caelo cae
lestis. Primum hominem.
mulier corrupta mente dece
pit. secundum hominem.
uirgo incorrupta uirginitate
concepit. In primi hominis
coniuge. nequicia diaboli.
seductam deprauit mentem.
In secundi aut hominis matre.
gratia di. et mentem integra
seruauit et carnem. Menti
contulit firmissimam fidem.
Carni abstulit omnino libi
dinem. Quoniam igitur
miserabiliter pro peccato
damnatus est homo. Ideo
sine peccato mirabiliter
natus est dñs homo.

Attendite fratres medicinalis
 gratiae lineas. diuina nobis
 benignitate monstratas.
 Tunc ad aeuam angelus malus
 accessit. ut per eam homo
 quem dñs fecerat ad o se parare.
 Nunc aut ad mariam bonus
 angelus uenit. ut in ea hu
 manae naturae dñs unigeni
 tus uniretur. Uenit ad eua
 diabolus. ut uitam nobis
 malignus auferret. Uenit
 ad mariam gabriel. ut ui
 tam reddendam hominibus
 nuntiaret. Per primi homi
 nis culpam. coepit diabolus
 homini dominari. Per secun
 di hominis gratiam. coepit
 ab homine superari. Super
 primum superbus. subsecun
 do captiuus. Per illum nos
 captiuatos tenuit. per istu
 nos liberatos amisit. Primus
 adam. nobis auctor extitit

culpa. Nouissimus adam.
 nobis auctor extitit gratiae.
 Ille delimo plasmatus. terre
 nos protulit. Iste de spu sco
 natus. caelestes effecit.
 Per illum perdidimus gratia
 priorem. per istum recipi
 mus ampliorem. Ille quip
 pe nobis intulit peccati ma
 culam. cum qua nasceremur
 ad supplicium. Iste nobis
 contulit iustificationis gram.
 ut renasceremur ad regnum.
 Per illum nos filios saeculi.
 generatio carnalis effecit.
 per istum nos filios di. gene
 ratio spiritalis exhibuit.
 Ille nos uituis subdidit. Iste
 nos florere uirtutib. fecit.
 Ille nos per uicia deiecit. quo
 primus cecidit. Iste nos per
 uirtutes eleuat. quo primus
 ascendit. Ille quippe primus
 cecidit in infernum. Iste

primus conscendit in caelum:
Interea fratres dignum est. ut
Indie dominicae natiuitatis.
diem quoq. dominicae resur-
rectionis sollempniter audiatis.
Unigenitus enim dñs. sicut pro
nobis dignatus est nasci. sic pro
nobis secundum carnem digna-
tus est mori. dignatus est & rā
suscitari. Iste quippe dies est
uisitacionis. Ille redemptio-
nis. Opus enim gratiae. qua
nos dñs unigenitus saluos fecit.
Conceptus in utero coepit.
Ipsumq. opus gratiae. de sepul-
chro resuscitatus impleuit.
Conceptus in utero. factus est
particeps mortis nrae. resur-
gens de sepulchro. fecit nos
participes uitae suae. Nunc
itaq. omnes dñm exoremus.
ut sicut in isto die gaudium suo
populo tribuit. ad illum qq.
diem. omnes cum gaudio & pa-

ce perducatur. Populumq. suum
In fide & caritate custodiat. amē.
ITEM DE NATIŌNI
SERMO BEATI MAXI
MII EPISCOPI
IUSTISSIME FR̄S
festiuitate praesentis diei.
In omne se gaudium. totus
ubiq. suscitatur mundus.
Quia hodie promissus. a sae-
culis uniuerso orbi. iudex na-
tus est et redemptor. Et ne-
cesse est. ut in commune nos
omnes. qui futuri examinis.
resurrectionisq. promissae. sa-
lutarem suscepimus fidem.
habeamus metum quidem de
iudice. sed de redemptore laeti-
tiam. Omnis namq. fidelis
anima. timore corrigitur.
Correptione laetatur.
Et in hoc km̄. quanta erga hu-
manum genus omnipotentis
patris dispensatio. quanta ue-

VI. Tu autē dñs. in quo habitat om̄is plenitudo diuinitatis corporalit̄. mis